Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

senibus: sic iuuenibus, pueris et adolescentulis
In senibus enim secundum medicinam: quia calor
vini repugnat eorum frigiditati. Ea occasione
quidam vafer presbiter in basilea, cum post
prandium vino consuleret? quarentibus sese contineret: pro verna respondendo, dominum suum esse
obligatum medicaminibus, cum vino esset sepultus.
In iuuenibus vero, secundum cibum: Quia natura
vini naturis eorum similis est. Pueris vero
secundum medicinam et cibum. Quia licet calor eorum
naturalis substancialiter sit fortis, non dum tamen est
in perfectione: propter excuperantem eius humiditatem.
Propter quod hoc: vinum naturali calori corporis dat augmentum: et eorum desiccat humiditatem. Vinum est
secundum medicinam, si secundum quod oportet ipsum accipiat

De Electione vinorum Capitulum 3um

Verba sunt principis secunda primi et recepta
a galieno in libro vinorum, et primum in
libro de euchimia et cacochimia quod
ex vinis illud est melius: quod inter vetustatem
et nouitatem est equale: et est clarum quod ad rubedinem trahit, bonum habens odorem, equalis saporis,
quod neque est acre, neque dulce. Salziabate
vero, ex quinto theorice, ita dicente, verba sunt
vinorum enim laudabilium, quod meliores et
sanguinem generat temperatum, caloremque confortat naturalem, rubeum clarumque temperatum lique

Vinum senibus iuuenibus pueris

Vinum rubeum clarum